



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

Regula I. lugum & lorum curvant collum durum: & servum inclinant  
operationes assiduæ. Eccl. 33.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

Ex quo cuncta filiis aut filiabus disti, credent, quod nihil tibi amplius debeant, & quando tuæ manus em vacuæ, tua facies ipsis erit insupportabilis & odiosa. Per nullas preces & nullam remonstrationem muta hanc tuæ resolutionem, quia melius est, ut proles dependeant à tua munificentia quam tu dependeas ab eorum gratitudine, aut ab illorum justitia. Fac ut semper tuâ operâ indigeant, & exinde aliquid sperent, sed nunquam illis indigas, si vis ut te ament: Monstra illis vita manus tuas, sed eas firmas retine & nihil nisi per mortem illis relinque.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*De Regimine sui erga proprium famulitium.*

### REGULA PRIMA.

*Iugum & lorum curvant collumorum, & servum inclinant operationes assiduae. Eccl. 33.*

PARA

## PARAPHRASIS.

Iugum grave deprimit collum durum & erectum, & labor assiduus reddit servum humilem, & ipsi dat inclinacionem ad illud ad quod obligatur.

Non relinque servum tuum sine operatione, quia otium est magister malitiae. Illud hanc docet in domibus, & omnes in malitia doctos reddit, qui tempus in hac studendi sibi sumunt, & qui occupationibus vacant.

Si servo labore imponis, habebis quietem, si relaxas, erit tibi oneri: Si nihil operatur, cogitat malum; & quo magis est liber, eo plus ad libertatem & insolentiam inclinatum habebis animum.

## REFLEXIO.

**N**Ullum servum pro tuo servitio accipias, si non tota die ei occupationem dare potes. Unus horæ quadrans otiosus junctus alteri quadranti, brevi servo, qui sic nihil laborat, dabit integrum voluntatem nihil operandi, & tibi demonstrandi, quod Dominus qui pigrum nutrit famulum, parum absit à

202 *Confilia Sapientiae,*  
nutriendo suum proditorem & ini-  
cum.

**REGULA SECUNDA**  
*Panis & disciplina & opus ser-*  
*Eccl. 33.*

**PARAPHRASIS.**  
*Tribus rebus servus tuus carere no-*  
*bet, nempe pane, labore, & corre-*  
*ctione aut disciplina.*

**REFLEXIO.**  
**I**ndigit servus pane , quia ipsi de jo-  
competit : labore, quia est ipsius co-  
ditio ; correctione aut disciplina , q-  
tua interest ut corrigatur, aut repre-  
datur.

Sine reprehensione non corrige-  
errores : sine labore committet al-  
& adhuc majores : sine pane verò  
rabit se posse errores committere ,  
quod omnia furta & latrocinia ipsi  
per missa.

Unico verbo , dum per tuam ini-  
tentiam domi tuæ desunt seria  
rectiones ; Dum per tuam negligenc-  
ia absunt occupationes , & dum prop-